Quelle:
Copyright:

„ Nuerenbergenses in foro conscientiae et pro
„ animarum suarum salute super transmis-
„ sis articulis pie petant edoceri". Annino-
ta nulla adjecta est. Simile responsum ex-
hibet Schelhorn in amoenit. litt. T. XI. p. 222.
Sed nostrum non est.

Cod. CCXCIX.

L 4. 2.

Chartac. Fol. Sacc. 15.

Francisci de Woytzdorff Sermones de tempore.

Rubrica est: " Incipit pars yemalis de tempore
Eximii doctoris Magistri Francisci de Woytz-
dorff". Verum non hyemalis tantum, sed etiam
aestivalis Sermonum pars habetur. Primus
incipit: " Cum appropinquasset Jesus Jhe-
rosolymis &c. Hoc Evangelium bis legi-
tur in anno". In calce additur: " Woytz-
dorffer. De hoc Doctore nusquam aliquid
reperi.

Cod. CCC.

L 5. 2.

Chartac. Fol. Sacc. 16.

Joann. Fabri Ep. Vienn. Constitutiones pro Collegio ad S. Nicolaum.

Joannis Fabri Episc. Vienn. Constitutiones,
quas convictoribus ad S. Nicolaum Viennae
observandas praescripsit. Incipiunt: " Nos
Joannes Fabri Doctor, Dei et sanctae Apo-
stolicae Sedis Romanae gratia Episcopus Vi-
„ enna Austria. Finiuntur hisce: " Acta et con-
„ stituta sunt hae in arce nostra ad S. Vitum
„ supra fluvium Viennam prima die Novem-
„ bris, qua celebratur festum omnium San-
„ ctorum, anno a Christo Jesu nostro nato
„ millesimo quingentesimo quadragesimo. Aeta-
„ tis vero nostra Sexagesimo Secundo".

Joannes Faber, Ord. Praedic. Episcopus Vi-
ennensis, Strenuus fidei contra Lutheri Sectam